



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De Fide Catholica & sanctorum Patrum seu Ecclesiæ Catholicæ Doctorum
placitis non esse disceptandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

*CATHOLICORVM
PARENTVM LIBEROS ET E
contra parentes à Fide Catholica deficiente
ultrò citroq; exhæredari posse.*

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. VT CVM
de appellat. cognoscitur, &c. §. Si quis de prædictis.

Liberos here-
ticos seu in-
gratos exhæ-
redari.

Si parentes orthodoxi senserint filium velli.
beros suos non esse Catholicæ fidei, nec in
sacrosancta Ecclesia communicare, in qua o-
mnes beatissimi Patriarchæ una conspiratio-
nē & concordia fidem rectissimā prædicant,
& sanctas quatuor Synodos, Nicenam, Con-
stantinopolitanam, Ephesinam primam, &
Chalcedonensem amplecti, seu recitare no-
scuntur, licentiam habeant pro hac maxime
causa, ingratos eos & exhæredatos in suo scri-
bere testamento. Generalem autem prouiden-
tiā liberis Catholicis deferentes, iubemus
falsis legibus, quæ iam de alijs hæreticis sunt
prolatæ, vt si quando parentes inuenti fuerint,
cuiuscunq; hæresis furori dediti, amplectentes
insaniam, & ideo ab Ecclesiæ Catholicæ com-
munione separati: non liceat eis alios hæredes
sibi instituere, nisi liberos orthodoxos, & Ec-
clesiæ Catholicæ communicantes, &c.

Plura videbit
diligēs lector
in §. istius
Auth. de ma-
litia antiqua-
rum heresum,
quas Neopi-
st. dudum so-
pitæ, in scena
quasi reuoca-
rūt huius ævi
tragediæ.

*D E F I D E C A T H O -
L I C A , E T S A N C T O R V M P A -
trum, seu Ecclesiæ Catholicæ Doctorum placitis
non esse disceptandum.*

MARTIA.



MARTIANVS IMP. IN L. NEMO CLE-
ricus. C.de summ. Trinit. & fid. Catholic. &c.

NEmo clericus, vel alterius cuiuslibet con-
ditionis de fide Christiana publicè turbis
coadunatis tractare conetur in posterum, ex
hoc tumultus & perfidiæ occasionem requi-
rens. Nam & iniuriam facit iudicio reueren-
dissimæ Synodi, si quis semel iudicata ac rectè
disposita reuoluere, & publicè disputare con-
tenderit: cùm ea quæ nunc de Christiana fide
à Sacerdotibus, qui Chalcedone contuerint, De principali
per nostra præcepta statuta sunt, iuxta Aposto-
licas expositiones & instituta sanctorum Pa-
trum trecentorum decem & octo in Nicæa, &
centum quinquaginta in hac regia Vrbe (Cō-
stantinopolita) definita esse noscantur. Nā
in contemptores huius legis poena non deerit:
quia non solum contra fidem verè expositam
veniunt: sed etiam Iudeis & Paganis ex huius-
modi certamine profanant veneranda myste-
ria. Igitur si clericus erit, qui publicè tractare de
religione ausus fuerit, à consortio clericorum
remouebitur: si verò militia prædictus sit, cin-
gulo spoliabitur. Ceteri autem huius criminis
rei, siquidem liberi sint, de hac sacratissima vr-
be (Constantinopoli) expellentur, pro vigore
iudiciario, etiā competentibus supplicijs sub-
iugandi. Si verò serui, seuerissimis animad-
uersiōnibus plectendi.

IVSTINIAN. IMP. IN FIN. EDICTI AD
Populum Constantinopolitanum, quod misit ad
Ioan. II. Pontificem Romanum.

Si

Profana de
religione di-
sputatio tu-
multū ac per-
fidia parit, &
muriā facit
Concilij.

De principali
iudicio dispu-
tare, sacrie-
gij instar est.
Grat. Valen.
& Theodos.
Impp. in l. 2.
C. de crim. sa-
craleg.

Sequela dispu-
tationis de fi-
de Catholica
est profanatio
mysteriorum
Dei.

Poena temere
disputantii.



Religionis
catholicæ de-
fensorum pæ-
na æterna.

Hæretorum
pietas constat
tantū in ver-
bis non in re-
bus.

SI quis post Catholicæ fidei confessionem,
& hæretorum condemnationem, salvo
manente pio intellectu, de nominibus, vel syllabis,
vel dictionibus contendens, separat se à
sancta Dei Ecclesia, tanquā non in rebus, sed
in nominibus solis & dictionibus posita no-
bis pierate, talis, ut potè dissensionibus gaudes,
rationem pro se in etipso, & pro deceptis, &
decipiendis ab eo, reddet magno Deo & Sal-
uatori nostro Iesu Christo in die iudicij.

LEO ET ANTHEMIUS IMP. IN L. 29.
(quæ lex in recentioribus æditionibus habetur in
libris prætermisorum Cod. clavis. 1.) de
episcop. & cleric. &c.

Apocrisiarij sunt Monachi, q. ceu interuncijs, sive Legati ab Abbatore, vel Monasterio, vñu exigente, ad res necessarias procurandas mittuntur. Hodie plerique, presertim in Italia, Procuratores, vel Syndici appellantur. **C**Vrent Monachi apocrisiarij (his enim, negalijs, propter solam apocrisiæ exire non nunquam licitum est) qui exhibunt, ne de religione, vel doctrina disputatione, vel conciliabulis præsent, vel turba concitata simpliciorum animos seducant: scituri, quod si nostræ pietatis statuta neglexerint, legum austeritati subiicientur.

DE FIDEI CATHOLICÆ SYNCERA CONFESSIO NE IVSTINIANI IMPERATORIS.

IVSTINIANI SACRATISSIMI IMP. AD
Orientales Ecclesias Edictum in l. 5. C. de summa
Trinit. & fid. Cath. &c.

Cum

